

+ IOHANNE +

uerba quae ego loquor
uobis. a me ipso non lo
quor. pater autem in me
manens. ipse facit opera.
Non creditis. quia ego in
patre & pater in me est.
alioquin. propter ope
ra ipsa credite. Amen.
amen dico uobis. qui cre
dit in me opera quae ego
facio & ipse faciet. & ma
iora horum faciet. quia
ego ad patrem uado.
Et quodcumq. petieritis
in nomine meo. hoc faciam.
ut glorificetur pater in
filio. si quid petieritis me
in nomine meo. hoc faciam.
Si diligitis me. mandata
mea seruate. & ego ro
gabo patrem. & alium
paraclitum dabit uobis.
ut maneat uobiscum in
aeternum. spm ueritatis
quem mundus non potest
accipere. quia non uidet
eum. nec scit eum. uos autem
cognoscitis eum. quia
apud uos manebit. &
in uobis erit. Non relin
quam uos orfanos. ueni
am ad uos. Adhuc modi
cum. & mundus me iam
non uidet. uos autem ui
detis me. quia ego uiuo
& uos uiuetis. In illo die
uos cognoscetis. quia
ego in patre meo. &
uos in me. & ego in uobis.
qui habet mandata mea
& seruat ea. ille est qui di
ligit me.
Qui autem diligit me.
diligetur a patre meo
& ego diligam eum. &
manifestabo ei me ipsum.
Dicit ei iudas. non ille sca
riothis. dne. quid fac
tum est. quia nobis mani
festaturus es te ipsum.
& non mundo. respon
dit ihs & dixit ei.
Si quis diligit me sermo
nem meum seruabit.
& pater meus diliget eum.
& ad eum ueniemus.

83.MB.65.149

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0301